



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Mittitur in Austriam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

saci Oratoris ad populum Caritatem: ut dūm ali-  
bi circa per Germaniæ terras religio maioribus in  
dies detrimentis afficitur, contra videretur Augu-  
stæ incrementa non pœnitenda capere. Multi e-  
nim, quorum Deus per salubrem Catuli sui lin-  
guam tetigerat corda, veritate agnita deseruerūt  
errores. Maiorante eam diem nunquam fuerat  
numerus, qui Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacra-  
menta bono usurparent ritu. Ac messis longe ex-  
titisset vberior, nisi complures pudendus planè  
pudor à Catholicis cœtibus absterret, ut qui va-  
nissimorum hominum inanes magis formida-  
bant rumsculos, quam solidam à Deo gloriam  
cuperent. Ita miseros ab audiendo verbo vitæ,  
quod salutem afferre perditis animis posset Tar-  
tareus veterator arcebat. Expeditiores mox ali-  
quanto res fecit post Pauli Quarti Pontificis ex-  
cessum Ferdinandi Cæsar is cum Pio Quarto con-  
fessio: ad quem etiam Pontifex legatum misit  
Varmensem Episcopum, quem & Cardinalem  
subinde creauit Stanislaum Hosium. Ignarus *Mittitur in  
Austria*  
quanta apud Cæsarem autoritas, quanta rerum  
Germanicarum notitia esset Canisio, vehemen-  
ter ab Lainio postulauit, vt aliquandiu sibi, ad

communicanda consilia traderetur. Optabat  
 Præpositus Generalis ut in Austriam , & in Bo-  
 miam pro suo Prouincialis munere excurreret  
 Societatis res Viennæ Pragæq; visendas: eo liben-  
 tius traditus est; quanquam Augustani Canon-  
 ci, qui videbāt per magni Ieiunij conciones plu-  
 rimum esse promotum, resq; calentes vrgeri, co-  
 tinentiq; deinceps opere firmari volebant, diun-  
 luſtati, perægrè commeatum in modicum tem-  
 pus dedere. Canisius & compendij causa, & ce-  
 tioris deliberationis, vt qui plurimum gaudebat  
 consiliis, ducto secum Viennam Ingolstadien  
 Rectore, eodem & Pragensem accersit, adhibi-  
 que iis in Consilium, vna cū Viennensi, quæ ter-  
 pus poscere visum est, maturè deliberauit, deci-  
 uitque : Socios interim Viennenses piis homi-  
 mirifice consolans, & ad studia perfectæ virtutis  
 inflammans. Accersebāt ad se Treuirensis, ac Mo-  
 guntinus Antistites datis sua manu literis, nunc  
 isq; obeam rem propriis missis, cum & ipsi Colle-  
 gia impetrare per eum, & excitare vellent Sed no-  
 bilissimos Præsules necesse fuit, pro obsequio  
 prompta obsequendi voluntate contentos esse  
 Ad Euerardum Mercurianū reieci, qui Prouin-  
 ciam

*Res domesticas  
componit.*

*Expetitur ab  
Electoribus  
Moguntino,  
ac Treuirensi.*